300

lis est mullio piscis. Soleae sunt quib;
tantu pedu plantae teguntur. Dictae aut
a solo pedu. Itē soleae materiales ex
materia corio intexta. Socci cuius
diminutiuu socculi appellati. Inde
qd saccu habeant. in quo pars plante
imicitur. Calliculae caligae uel a collo
pedu dictae. uel quia ligant. Nā socci
non ligant sed tantu intromittuntur.
Cernui socci sunt sine solo lingulati.
quos nos foliatos uocamus. Clauati
quasi caluiati. eo qd minutis clauis id ē
acutis sola caligis uinciant. Perones
& culponei rustica calciamenta sunt.
Raxea calciamenta mulieru sunt.
Corrigiae a coriis uocant
uel a conligatione quasi col[...] ligie.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XX.
Id est de mensis et escis et po
tis et uasculis eorū. De uasis ui
nariis et olea riis. cocorum
pistorum. luminariorum.
De lectis et sellis et uehicu
lis rusticis et hortorum siue.
De instrumentis equorū.

I De mensis & escis.
II De potu
III De uasis escariis.
IIII De uasis potatoriis.
V De uasis uinariis & aquariis.
VI De uasis oleariis.
VII De uasis coquinariis & pistoriis.
VIII De uasis repositoriis.
VIIII De uasis luminariorum.
X De lectis & sellis.
XI De uehiculis.
XII De reliquis quae in usu habent.
XIII De instrumentis rusticis.
XIIII De instrumentis hortorū.
XV De instrumentis equorū.

I. DE MENSIS ET ESCIS

Primus dedalus. mensam & sellā fecit.
Coquinae adparatu apicius quida
primus conposuit. qui in eo ad superbonis. morte uoluntaria periit, & me
rito. quia is qui gulae atq; edacitati de
seruit. & animā & corpus interficit.
Abesu & comesu mensae factu uocabu
lu. nullū enī aliud habet usū. Toros di
citur a toris herbis quae ad combentiū
humeris subponuntur. Stefadiu
ab stipitib; dictū quasi stipadiu. sicenī

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0605